



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 51. Alia ejusdem epistola ad Archiepiscopum Moguntinum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

Sæc. XVI.  
A.C 1518.

§. LI.

*Alia Lutheri epistola ad Archiepiscopum Moguntinum.*

Steidan. in  
comm. lib. I.  
p. 48.

Die quarta Februarii Lutherus ad Mogun-  
tiæ Archiepiscopum, alias quoque  
dedit literas, in quibus ea, quæ in suis  
libris de communione sub utraque specie,  
& de Primatu Pontificis afferuerat, ex-  
cusat, simulque hunc Præfulem rogat,  
ne ejus hostibus faciles aures pæreberet,  
nec illum indicta caufa damnaret. Po-  
stea declarat, quod duntaxat ab illis er-  
rorum redarguatur, qui illius libros vel  
non perlegissent, vel præjudiciis decepti  
evolvissent: hos ergo obtestatur, ut eum  
si erraverit, saniora docerent, cum sem-  
per docilem se ostendere velit, si convinci  
posset. Hisce literis respondit Archie-  
piscopus, hancque animi propensionem  
commendat, hortaturque, ut veritates in  
sacris literis contentas edocere pergeret,  
dummodo id debita moderatione, absque  
rancore, nec ex quodam seditionem con-  
tra Ecclesiæ auctoritatem fovendi studio  
faceret, dein significat, quod negotiorum  
frequentia ipsi quidem ejus libros perle-  
gendi spacium præripuisset, de cetero ta-  
men eorum censuram ac judicium Su-  
prioribus relinquat, ardenter vero tam  
eum quam omnes, qui de rebus fidei tra-  
ctant,

ctant, obsecret, ut id muneris modeste, secul. XVI.  
absque iniuriis, ac tumultu exerceant; A. C. 1520.  
additque, se permoleste ferre, quod hæ  
disputandi regulæ ignorarentur, plures  
que Theologi nonnisi verborum asperita-  
tibus dimicent, suasque opiniones haud  
tolerando fastu atque arrogantia tuean-  
tur, ac denique populum ejusmodi erro-  
ribus inficiant, quibus ad inobedientiam  
& Ecclesiasticæ auctoritatis contemptum  
pertrahuntur. Alia adhuc exstat Lutheri  
epistola sub idem ferme tempus ad E-  
piscopum Merseburgensem data, unacum  
Præsulis responso, in quo de tumultu per  
Lutheri librum de communione sub u-  
traque specie inter fideles suscitato que-  
ritur.

## §. LII.

*Romæ contra Lutherum agi  
cœptum.*

Interea cum Romæ in reprimendis Lu- Steid. I.c.I.2.  
theri progressibus longior mora trahe- p. 50.  
retur, non pauci hanc cunctationem in Pallavicin.  
re tanti momenti incusabant; quare Au- hist. Conc.  
gustiniani, FF. Prædicatores, aliquique da- Trid. I.c.20  
tis ad Papam literis significabant, quod Cochl. I. c.  
etiamsi in rebus levioris momenti cun-  
ctatio profanæ prudentiæ defectus sit,  
in materia fidei minima mutatio tolera-  
ri nequeat, ac harum turbarum progres-  
sibus